ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: HRABANUS MAURUS. TURGOTUS DUNELMENSIS. PS. ORIGENES. HERIGERUS LOBIENSIS. RATRAMNUS CORBIENSIS. IOHANNES CASSIANUS

12. Jh. Seite 30v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36524
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

mos solu usq; abbatis pauli. et antonii durauit etatis. cui ætatis nunc ad
huc undistrictis cenobiis cernimus residere uestigia. V.
De Hoc perfectoq; numero. æ ut ita dixerim secundissima radice. seq;
ætatis anachoretarum post hos flores fructusq; plantis s. cui professionis
principes hos quos paulo ante memorauimus. scm scilicet paulum et
antonium nouimus extitisse. qui non utquida pusillanimitatis cau
sa. nec impacientie morbo. sed desiderio sublimioris profectus contem
plationis diuine solitudinis secreta sectati s. licet eorum prior ne
cessitatis obtentu du tempore persecutionis affinium suorum deuitat insi
dias. heremum penetrasse dicatur. ita q; processit extulla qua diximus
disciplina aliud profectionis genus. cui sectatores anachoretæ idem secessores
merito nuncupantur. eo qd nequaquam commenta hæc uictoria qua uir ho
mines occultas insidias diaboli calcauerunt. Apto certamine ac ma
nifesto conflictu demonib; congredi cupientes. uastos heremi recessus
penetrare nontimeant. admiratione scilicet iobis baptiste. qui in
heremo tota etate permansit. helie quoq; et helisei. atq; illorum de quibus
aptis ita memorat. circuierunt in melotis et in pellib; capris. angustiati
afflicti. egentes. quib; dignus non erat mundus. in solitudinib; erran
tes. et montib; et speluncis et in cauernis terre. Ne quib; etiam figuralit
dns ad iob. Quis aut e qui dimisit onagrum liberum. et uincula eius re
solut. Posui habitaculum eius desertum. et tabnacula eius salsugine.
|in ridens multitudinem ciuitatis. et querela exactoris non audiens. con
sideraut montes pascue sue. et post omne uiride querit. In psal mis quoq;
|dicant nunc qui redempti s. a dno quos redemit de manu inimici.
et de regionib; congregauit eos. Et post pauca. errauerunt in solitudine
in inaquoso. uiam ciuitatis habitaculi non inuenerunt. esurientes et sitien
tes. anima eorum in ipsis defecit. Et clamauerunt ad dnm cum tribularentur.
et de necessitatib; eorum liberauit eos. Quos etiam hieremias ita describit.
Beatus qui tulit iugum abadolescentia sua. sedebit solitarius et tacebit.
quia leuabit super se. Quiq; illud psalmiste affectu et opere concinuit.
|similis factus pellicano solitudinis. uigilaui et factus sum sicut solita
rius in tecto. VI. ut passer